Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ysaias

Dabo in solitudine cedrum. et spinam.
et murtum. et lignum oliue. ponam in
deserto abietem et ulmum. et buxum
simul. ut videant et sciant. et reco
gitent. et intelligant pariter. quia
manus domini fecit hoc. et sanctus isra
el creauit illud. Ape facite iudicium
iuxta dicit dominus. Affer siquid
fortes iacob dicit rex iacob. Accedant
et nuntient nobis. quecumque
uentura sunt. Priora que sunt
nuntiate. et ponemus cor nostrum. et
sciemus nouissima eorum. et que ue
ntura sunt indicate nobis. Annun
tiate que uentura sunt in futurum.
et sciemus quia dii estis uos. Bene
quoque aut male si potestis facere.
et loquamur simul. et uideamus.
Ecce uos estis ex nihilo. et opus
uestrum ex eo qui non est. abhominatio
est qui elegit uos. Suscitauit ab a
quilone. et uenit. ab ortu solis. Uo
cabit nomen meum. et adibit magis
tratus quasi lutum. et uelut plates co
cinnans luteum. Quis annuntiabit
ab exordio ut sciamus. et a principio
ut dicamus iustus es. Non est
annuntians neque predicans. neque
audiens sermones uestros. Primus
ad syon dicet. Ecce adsunt. et uelem
euangelizantem dabo. Et uidi. et non er
at ex istis qui interrogabat. et con
silium. et interrogatus respondebit uerbum.
Ecce omnes iniqui et uana opera
eorum. nequius et nihil sunt simulacra
eorum. Capitulum. xlij.
Ecce puer meus suscipiam
eum. electus meus complacuit
sibi. dedi spiritum meum super eum.
iudicium gentibus proferet. Non cla
mabit neque accipiet personam. nec
audietur foris uox eius. Calamum
quassatum non conteret. et linum fumigans
non extinguet. In ueritate educet
iudicium. non erit tristis neque in
pulsatus. donec ponat in terra iudi
cium. et legem eius insule expecta
bunt. Hec dicit dominus creans
celos. et extendens eos. formans ter
ram et que germinant ex ea. dans flatum
populo qui est super eam. et spiritum ca
dentibus eam. Ego dominus uocaui
te in iustitia. et apprehendi manum
tuam. et seruauit te. et dedit te in fedus
populi. in lucem gentium. ut aperias
oculos cecorum. ut educas de conclusione
uinctos. de domo carceris sedentes in
tenebris. Ego dominus hoc est no
men meum. Gloriam meam alio
non dabo. et laudem meam sculp
tilibus. Que prima fuerunt ecce uenerunt.
nouaque ego annuntio. Antequam
oriantur audita uobis faciam.
Cantate domino canticum nouum.
laus eius ab extremis terre. Qui de
scendistis in mare. et plenitudo eius.
insule et habitatores earum. lenet dese
tum et ciuitates eius. in domibus
habitabit cedar. Laudabit habitatores
petre. de uertice montium clamabit.
ponent domino gloriam. et lau
dem eius in insulis nuntiabunt.
Dominus sicut fortis egredietur.
et sicut uir pugnator suscitabit zelum.
Iaciabitur et clamabit. super inimi
cos suos confortabitur. Tacui semper
siui. patiens fui sicut parturiens
loquar. Dissipabo et absorbebo simul.
deserto faciam montes et colles.
et omne germen eorum exsiccabo. Et po
nam flumina in insulas. et stag
na arefaciam. Et educam ceros
in uiam quam nesciunt. et in semi
tis quas ignorauerunt ambulabit
faciam. Ponam tenebras coram